

Eusebius adve-  
sus Scaligeri  
repre-  
hen-  
sionem de-  
fonditur.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

tham magistratum obtinuit, consequens est, & hanc  
saltem Olympiadem primam temporibus Joatham ex-  
stitisse. Cui quidem Africani testimonio Chrono-  
logiam suam ex eo consentaneam esse docet, quod in  
illa Joatham labente adhuc Olympiade prima regnavit.  
Cæpit enim quarto anno Tetractericos Olympicæ.  
Hanc Eusebii mentem esse, cum ista scripsit: *Nostri  
quoque supputatio istdem temporibus eam exhibuit: sequen-  
tia communstrant: Porro & nos in prima Olympiade Joa-  
tham posuimus.* Ex quo manifestum est, non bene à  
Scaligero reprehensum Eusebium; quod cum *Olympi-  
adem primam primo anno Joatham locatam fuisse crederet,  
non id tamen fecerit: sed alia hallucinatione rationes con-  
struxit, quum in quinquagesimo anno Azaria illam  
staterit.* Sed Eusebium nimis, ut solebat, pro-  
perè percurrens, nequaquam ejus est mentem asse-  
cutus. Nam de quadriennio Olympico, non de ago-  
ne ipso loquitur; nec usquam anno primo Joatham  
Olympiadem cæpisse, significavit Eusebius. Hæc  
igitur calumnia est. Ceterum quoniam Eusebius re-  
gum Judæ tempora ultra præfixos à Scriptura terminos  
extendit, & aliquot annos emittit; hinc sacra Chro-  
nologia, principumque, per quos illa deducitur,  
tempus *per se* annorum circiter quatuordecim an-  
tevertit. Exempli causa, Ammoni regi tribuit annos  
xii, cum biennio tantum regnarit regi Abiam tres  
pro duobus. Athalie vii. pro vi. Josie xxxi. pro xxxi.  
& si forte, unum amplius aut alterum aliis regibus  
assignat. Unde factum est, ut Judæi nominis prin-  
cipes annis, uti dixi, circiter xiv. legitimam epocham  
antedecant, quod ad an. bc. notatum à Scaligero.  
Hinc apparet hoc quidem ex capite rectè à nobis  
Olympiadem primam ad annum Azariæ xxxiv. esse  
revocatam. Nam si de annis ejusdem regis quadragin-  
ta novem, quatuordecim, vel quindecim deduxeris,  
reliquus erit annus Azariæ xxxiv, vel xxxv.

CAPUT XLVII.

De tribus Olympiadibus à Elidenfibis è catalogo detractis: de  
quibus expenditur nova eruditi Chronologi sententia, qui à  
Polybio illius metachronismi rationem haberi credidit. quod  
ipsum refutatur, & Olympiadem communis epocha desin-  
ditur. Illustratur Polybii ac Livii historica quadam.

Pausanias  
pag. 200.  
& 201.

**P**AUSANIAS in Eliacis, & Diodorus referunt ex Olym-  
piadum catalogo tres expunctas ab Elidenfibis fuisse:  
quas & *ἀνολεπούσας* vocarunt. nimirum vii. & xxxiv. &  
civ. quod priores duæ à Pisis: tertia ab Arcadibus per  
vix usurpata, administrataque essent. Ex quo non  
contemnenda oritur quaestio; num ea res in Olympi-  
adum putationem perturbationis aliquid iniecerit. Duo-  
decim quippe discrimen annorum incidere potuit, si  
quam alii, verbi causa, centesimam decimam quartam  
vulgò numerabat: alii nonnisi centesimam & undeci-  
mam haberent.

Eruditus ille Chronologus, qui *nova, vera, &  
exacta Chronologia* capita edere se professus est: & ad-  
versus *ἰσθιάς*, & inveteratas *ἰσθιάς* multa docuit:  
inter nova hujus generis inventa cap. xcxi. commemo-  
rat: duodecim annis tardius à quibusdam Scriptoribus  
Olympiadam epocham putari, imprimis autem à Poly-  
bio, quem tamen subjicit de duodecim annorum *μετα-  
χρονισμῷ* illo triennium dempsisse, ut novem dumtaxat  
annis tardius, quam communis fert opinio, Olym-  
piadas numeret; triennio verò, quàm Elidenfes. Quo  
ex fonte plurima in rationem temporum nova, & hæ-  
ctenus inaudita derivavit. Velut est imprimis illud:  
eram ab Alexandri morte deductam duodecim annis,  
quàm is obierit, inchoatam fuisse. Tum Romano-  
rum Annales post Neronis mortem indidem corruptos  
esse: & id genus alia, quæ suis locis pertractavimus.  
Quod ad præsentem quaestionem attinet; nos uno  
verbo respondemus; tamen ab Elidenfibis tres illa  
sublate sint Olympiades, nihilominus apud Histori-  
cos & Scriptorum, qui quidem existant, nullum mutila-  
tionis illius exstare vestigium. quin potius universos, qui  
earum mentionem fecerint, communem Olympiadam  
ordinem, ac numerum expressisse. Atque ut ab eo  
potissimum ordiar, qui in exemplum adducitur. Poly-  
bius certe non aliter Olympiadas computavit, quàm

vulgaris ratio postulat. Hoc ut animadvertere possimus,  
repetamus animo, quod, præter paucos, auctores omnes  
amplexi sunt; caput Olympiadam, sive Iphiteorum an-  
notum, esse annum septingentesimum septuagesimum  
sexum ante Natalem Christi communem. quem nos  
annum ostendimus cadere in Julianæ Periodi 3938.  
annum. Ita primus Romæ conditæ annus, cum ex  
Varrone incidat in annum exeuntem Olympiadis  
sextæ tertium, sive Iphiti xxxiii. erit Periodi Julia-  
niæ 3961. Hoc posito demonstrans ex Polybii senten-  
tia Olympiadas communi & usitato ordine decur-  
rere.

Historia suæ primordia capere se proficitur nobilis  
ille Scriptor ab anno primo Olympiadis cxi. quo bel-  
lum Punicum secundum iniiit: quo anno Consul fuit  
L. Æmilius; sique in Consulatu ad res in Illyrico  
gerendas profectus est. Lege Romanos annales: in-  
venies anno ab U. C. dxxxv. Varronianis Consul fuisse  
M. Livium, & L. Æmilium: quorum ille cum Illyriis  
& eorum rege Demetrio conflixit; Dimaium expu-  
gnavit & Pharon. Atqui annus urbis dxxxv. cæpit  
anno Iphiti 557. sive primo Olympiadis cxi. Si Eli-  
densium more Polybii Olympiadas putaret; non cen-  
tesima quadragesima, sed centesima tricesima septima  
numerati illa deberat.

Rursus idem auctor libro v. memorabiles duas pu-  
gnas incidisse scribit in annum tertium Olympiadis  
centesimæ quadragessimæ; nempe Romanorum cum  
Carthaginiensibus in Etruria ad Trasumenum lacum:  
& Antiochi cum Ptolemæo ad Raphiam pro Cælefy-  
ria. Utramque verno tempore contigisse memorat.  
Eodem Olympiadis anno currente, Luna defecit, qua  
occasione Galli, quos ex Europa Attalus in auxilium  
adfeciverat, peregere ultra Norurp.

Annus cladis ad Trasumenum acceptæ est ab U. C.  
537. Cn. Servilio, C. Flamio Consul. Periodi Julianæ  
4497. ante Christum, 217. quo quidem anno desit  
tertius Olymp. cxi. Anno autem antecedente ingens  
Lunæ deliquium accidit Septembr. 1. hora post me-  
diam noctem 18, 34'. occidente Sole in Asia minore,  
sive Mysia, ubi conspecta est eclipsis. Hujus initium  
hora 4, 47'. post meridiem tempore apparenti finis  
hora 8, 21'. Duratio ejusdem, horarum 3, 34'. Fuit-  
que digitorum ferè 18, 40'. Tota igitur obscurari cæpit  
sub horam 5, 50', 11'. à meridie, & in umbra de-  
leituit hor. 1, 27'. Emergit enim hora post meridiem 7,  
57'. post occasum Solem, hora 1, 24'. Sol enim in  
Mysia occidit hora post meridiem 6, 33'. cum in Vir-  
ginis gradu 5. reperit. qui tum verus Solis locus ex-  
stitit. Desit eclipsis hora 8, 20', 36'. à meridie.  
Quare horrenda fuit illa defectio; & à Barbaris in reli-  
gionem merito versa. Præclarè itaque quadrat com-  
munis Olympiadam putatio ad Polybianam histo-  
riam.

Præterea libro I. pag. 5. scribit Polybius Romanos  
ad rem nauticam animum adijcere cœpisse, classem-  
que comparatè Olympiade cxxix. Coss. L. Valerio,  
& T. Otacilio, ut ipse pag. 20. testatur. Hic est  
annus Urbis ex Varrone 493. Periodi Julianæ 4453.  
quo desit annus tertius Olympiadis illius, & quartus  
incept. Rectè igitur ad Polybianos calculos com-  
munis Olympiadam epilogismus congruit.

Item libro II. Ptolemæum Lagi F. Seleucum; nec  
non Lyfimachum, & Ptolemæum Ceraunum obiisse  
scribit Olympiade cxxix. quod sanè verum est. Nam  
Seleucus regnavit annis xxxi. Cæpit autem anno Pe-  
riodi Julianæ 4402. duodecimo post obitum Alexan-  
dri. Ergo desit circa annum Periodi Julianæ 4433.  
quo iniiit annus quartus Olympiadis cxxix. Ptole-  
mæus verò Lagi F. regno se abdicavit anno Periodi Ju-  
lianæ 4429. quo Urbis conditæ cæpit annus 469.  
Olympiadis verò cxxiii. quartus. Sed idem aliquanto  
post tempore superstes fuit: ut ad Epiphanii librum de  
Mens. & Pond. ostendimus. Ideo mortuus est Olym-  
piade cxxix.

Quintò Polybius idem libro II. scribit Seleucum Se-  
leuci Callinici F. (ita enim vertendum; non ut Ca-  
saubonus, *Callinici nepotem*) cognomento Pogonem,  
obiisse circa Olympiadem cxxix. eadèque Olym-  
piade deceffisse Ptolemæum patrem Philopatoris. Et  
quidem revera Seleucus Ceraunus Callinici F. Antio-  
chi magni frater obiit circa annum Græcorum nona-  
gesimum;

Polybius  
lib. 2.  
pag. 178.  
& pag.  
171.

pag. 44.  
& 41.

pag. 119.

Expen-  
ditur  
Polybii  
loci, qui  
hæc nova  
illatio-  
nem  
propu-  
gnatur.

Polybius  
pag. 128.

pag. 106.  
& 107.

Animadv.  
Epiph.  
pag. 319.

pag. 157.  
Error Ca-  
sauboni.

LIBER NONUS, CAP. XLVII.

gesimum; Periodi Julianæ 4491. quo cæpit annus se-  
cundus Olympiadis cxxix. esse successit Antiochus  
M. ut Polybius refert. Sic Ptolemæus Evergetes obiit  
anno 4492. vel incute 4493. circa annum tertium eju-  
dem Olympiadis. Sextò & postremò, Polybii initio  
libri tertii ab exordio rerum gestarum, quas historia  
sua complexus est; hoc est ab anno I. Olymp. cxi. &  
Coss. Æmilio, & M. Livio ad exitum; hoc est ad Per-  
sei Macedonumque cladem, annos numerat 53. que  
sunt Olympiades 13. Itaque victus est Perseus circa  
Olympiadem clxiii. Est autem is annus Urbis 586. qui  
incidit in Per. Jul. annum 4546. quo iniiit annus I. Olymp.  
153. Rectè igitur cum Romanis & vulgaribus Faltis Poly-  
bius consentit.

Quis igitur tot argumentis exemplisque convictus non  
fateatur Polybium in Olympiadiibus putandis nihil ab  
nostra, & usitata ratione didicere; sed eam potius fir-  
missimè stabilire? aut quis illum sibi persuadeat duode-  
cim annis solidis; vel novem saltem, communem epo-  
cham morari?

Quòd si unus alterve locus in Polybiana historia de-  
prehendatur, qui paullulum à nostro calculo discrepet;  
compendandus iserit cum pluribus iis, certioribusque  
testimoniis. neque propterea novam illam, & abhorren-  
tem in sententiam invitus erit cogendus Historicus.  
Nam vel errore librariorum, vel auctoris ipsius, ut fit  
interdum, hallucinatione, vel Collectoris incuria po-  
tuit id obrepere. Adde nequaquam ex variantibus illis  
testimoniis effici *μεταχρονισμῷ* Olympiadam trium; aut  
etiam annorum novem; sed longe pauciorum. Atque  
omnibus ritè subductis, unus est tantummodò locus,  
quem nos animadvertimus, in quo à recepto Olym-  
piadam calculo diffidere videtur. nimirum primo libro:  
ubi circa Olympiadem cxxiv. Pyrrhum refert in Ita-  
liam trajecisse. Quod falsum est. Nam Pyrrhi *Ἀγέλα-  
ος* confertur in annum U. C. 474. Periodi Julianæ 4414.  
quo cæpit annus primus Olympiadis cxx. Discrimen  
est Olympiadam quinque. Ideo fortasse legendum apud  
Polybium, *πύρρος ἦν τὸν τῷ Πύρρῳ Ἀγέλαος εἰς Ἰταλίαν*.  
pro *ἦν*. Nisi forte minus subtili temporum ratione,  
præter propter adventum in Italiam Pyrrhi contigisse  
ista scripsit. quòd illustris hæc esset editio:  
qua annis circiter sexdecim posterius id erat, quod  
memoria predebat.

At vir ille doctus quatuor ex Polybio testimonia pro-  
fert; quibus novem annis saltem Olympiadam epo-  
cham tardius ab illo constitutum esse defendit. Pri-  
mum est illud ipsum, quod ordine tertium paulò ante  
commemoravimus: de tempore paratæ ab Romanis classis.  
Hoc enim revera incidit in annum ante Christianam  
eram 264. Polybium tamen asserit in ducentesimo  
quinquagesimo quinto ante Christum referre. Quod  
quidem non video qua ratione colligat. Nam an-  
nus Periodi Julianæ 4453. in quem L. Valerius, &  
T. Otacilius Coss. incidunt; est annus ante Chris-  
tum 260. At primus Olympiadis cxxix. convenit  
anno 4450. qui est 264. ante Christum. Neque ve-  
rò Polybius in Olympiadis istius primum annum Ro-  
manorum navalem illum apparatus contulit; quod ille  
credit; sed absolute, *ἦν τὸν ἐστίον ἢ τὸν ἐστίον ἐπὶ  
τοῖς ἰσθιάς Ὀλυμπιάδα, circa centesimam ac vicesimam  
nonam Olympiadem.* Postremò ut id demus, quod ille  
argumentatione sua pugnat; non novem, sed quatuor  
ad summum annorum discrimen oriatur. quod mini-  
mè necesse est.

Alter locus est ex libro II. ubi Polybius ab urbe ca-  
pta, & à Gallis Brenno duce concremata ad Lucium  
Consulem ab istdem Gallis occisum, eique suffectum  
Manium, annis octo minus numerat, quam Faltis vul-  
gares. Verùm neque id aperte ac citra dubitationem  
ex historici narratione potest confici; & quamvis id  
concedatur ultro; cum *πύρρος* dumtaxat annorum illic  
percurrat ordinem; accuratum eorum calculum impu-  
de contempit. Narrat Polybius Gallos post annos  
triginta quàm Romam occuparunt, iterum Albam us-  
que progressos. Inde anno duodecimo iterum vi ma-  
gna eos invasisse: sed objecto terrore dilapsos, trede-  
cim annis quiescisse: postea vero pacem cum illis etiam  
fœdus fecisse. Hanc cum annis triginta coluissent;  
demum in Etruriam, finisque Romanos cum gentilibus  
suis irrupisse. unde cum ingenti præda in patriam re-  
versis, conflata ob cupiditatem prædæ domestica fedi-  
Pars II.

tionem, propemodum universi conciderunt. Quarto  
deinde anno rursus in agrum Clusinum impressione fa-  
cta Romanos magna pugna superarunt. Sed mox vic-  
ticium clade affecti, domumque reversi, decem annis  
elapsis, novam expeditionem egerunt, & ad Arretium  
castris Romanorum copiis Lucium Coss. interfecerunt:  
cui Manius suffectus est. Horum omnium intervallorum  
anni in unam summam redacti nonaginta novem  
consciunt. Porro capta à Gallis Urbis est Varronia-  
nus 364. Periodi Julianæ 4324. quibus si 99. adjicias,  
consciet annus urbis 463. Periodi Julianæ 4423. Atqui  
annus ille, quo Lucius Coss. à Gallis occiditur, est  
Urbis 471. Octò igitur annis minus putat Polybius,  
quàm vulgares annales. Sed, quòd paulò antea dixi,  
non dubium est, quin inter annorum intervalla, sum-  
mæque particulares, anni aliquot à Polybio neglecti  
sint. Exempli causa, post annos triginta solidos ab  
Urbe capta, annum unum, alterumve populationi, &  
excursionibus imputare licet. quibus elapsis, cum in pa-  
triam rediissent, duodecimo deinde, quàm reversi  
erant, anno rursus expeditionem adornarunt. Item  
post pacem fœdusque triginta annorum, nonnihil  
temporis partim ad novæ incurfionis apparatus; partim  
ad grassationem, hoc est ad Etruriam, aliisque  
provincias peragrandas, & hostiliter populandas, po-  
tèst eximi. Adde post reversionem civili ac domestico  
bello dandum aliquid videri temporis: cuius exitus  
gentis propemodum interitio fuit. Ab hac vero pen-  
ultimum annorum quatuor intervallum progreditur.  
Sic igitur prudenter insertis aliquot annis, Polybium  
cum historia, & communi Chronologia facile compo-  
nemus.

Tertius Polybii locus est à libro II. Demetrium enim  
Macedoniæ regem obiisse refert circa annum Romanorum  
in Illyriam expeditionem. quæ quidem anno ab  
Urbe condita dxxx. contigit: à quo ad Persei elado  
anni sunt lx. Atqui Chronicon Eusebii à morte Dem-  
etrii ad Perseum vicium annos interfectos habet  
lxxviii. Respondemus Polybium tempus obitus Dem-  
etrii non præcisè definiisse, sed *περὶ ἑξήκοντα*, ut mos  
est, *ὅτι τὸν πύρρον Ἀγέλαος εἰς τὴν Ἰταλίαν*.  
circa primam Romanorum in Illyriam trajectionem. Deinde  
non propterea de Olympiadam *μεταχρονισμῷ* rem  
esse confectam. Est enim Scriptorum inter opinionum  
plerumque varietas, quæ nihil communi ac receptæ  
Chronologia præjudicare potest. Ita licet duarum  
Olympiadam intervallò tardius Demetrii obitum Poly-  
bius in historia sua posuerit, quàm Eusebius; non itam  
aliter Olympiadas illum putasse esse.

Postremus locus est à fragmento xliiii. Ibi Legatos  
Romanorum Clitorem in Arcadia venisse scribit in  
concilium Achæorum, Olympiade cxxviii. Tum in  
fragmento sequenti, & antecedenti significat Appium  
legationis illius principem fuisse, qui in Macedoniam  
ad Philippum missus est. quo tempore crudele illud  
facinus à Philippo designatum est, ut Maronitis con-  
trucidaret: quod ab Æno, & Maronea detrahere præ-  
sidia iussus esset. Postea Olympiadis ejusdem anno se-  
cundo Eumenis & complurium gentium legatis Romæ  
Senatus est datus: ut Polybius in fragment. li. testa-  
tur. unde constat anno primo Olymp. cxxviii. Lycor-  
tam Legatis Romanorum, quorum princeps Appius  
fuit, concilium Achæorum dedisse. Atqui Livius li-  
bro ix. Dec. iv. auctor est Coss. P. Claudio Pulcro, &  
L. Porcio, hoc est anno Varronianò dxxx. Appium le-  
gatum in Græciam venisse. ubi eadem ab Livio ferè  
prodita memoriæ sunt, quæ apud Polybium leguntur.  
Proinde primus annus Olympiadis cxxviii. est Urbis  
conditæ dxxx. Ex hac Polybii narratione; ut quidem  
rectè ordinatam velimus; nihil ad summum aliud effi-  
ceretur, nisi quatuor annorum *μεταχρονισμῷ*. An-  
nus primus Olympiadis cxxviii. sive Iphiti dxxxix.  
iniiit anno Periodi Julianæ 4526. de quo deductis  
3960. reliquus est annus Urbis Varronianus dxxxvi. At  
residuus esse deberat dxxx. De tribus Olympiadiibus,  
aut etiam annis octò, neque quicquam promove-  
tur, neque concludi ullo pacto potest. Sed ne qua-  
diennii quidem ullus error est: & cum Livio ac rei  
veritate Polybio perbellè convenit. Non enim *δὲ-  
κατὸν ἴσθ*, cuius in fragmento li. Polybius memin-  
nit, annus est Olympiadis cxxviii. de quo in Excerpto  
xliiii. mentionem fecerat. Sed est annus secundus  
H Olympiadis

Olympiadis cxiix. quam in Excerpto xlvii. nominat. & valde mirum est, &c. illud dicitur Excerpti i. cum Olympiade cxiix. potius quam proximè anteceden-

Libro itaque ix. Dec. iv. Livius anno U. C. Varroniano dicitur. Coss. P. Claudio Pulchro, & L. Porcio; legationem novam dixerunt in Macedoniam esse refer-

Quod ad reliquos Scriptores attinet, nullus est, qui trium illarum ἀπολυμπιάδων significationem aliquam in usu temporum historiaeque dederit. Xenophon ecce perantiquus auctor libro I. Ἐλλην. scribit annum belli Peloponnesiaci vicissim secundum circa Olympiadem xciiii. incidisse.

CAPUT XLVIII.

De Olympiorum agorum tempore. Expenditur, ac res falluntur nupera quaedam eruditi viri conjectura, qui autumnocelibratos esse docuit. Exponitur Pausania, Philostrati, Thucydidis, Ciceronis loca. Demonstratur aetivum tempore ludos celebrari consuevisse.

OLYMPIADICOS agones aetivo tempore, ac sub ipsum Solsitium in Gracia celebrari solitos esse, communis haecens mortalium omnium sententia fuit; & quidem certissima. Quare nihil ad eam persuaderendam corroborandamque argumentis opus erat; nec omnino tam contrita, & expedita rei attingenda disputatio, nisi nova quaedam paucis abhinc mensibus exstitisset eruditi hominis opinio: qui instam illam omnium animis, & acceptam de ludorum illorum tempore persuasionem conaretur evellere.

Quod igitur non aetivis diebus, sed autumno potius Olympici ludi commissi fuerint, quinque potissimum auctor testimonios approbare nititur. Sed ea partim nihil ad rem faciunt: partim illi ipsi conjecturae vel maxime repugnant. Primus ē Pindari Scholiastae locus adducitur: qui agones Olympicos mense Παρθενίῳ, vel Ἀπολυμπιάδῳ celebrari dicit: quando Sol πῦρ Παρθενίῳ, id est Virginem ingreditur. Atqui non id Scholiastes asserit Solem eo mense Virginem ingredi: sed ea scilicet interpretatio est vocabuli Παρθενίῳ, quam Vir doctus ex ingenio suo protulit.

Tertius ex Philostrato locus est. Is lib. v. de vita Apollonii cap. ii. refert Apollonium per id tempus, quo Nero ludos Olympicos in adventum differri suum iusserat, dixisse in Olympia quidem victorem fore, sed non Olympia victurum. Neque enim Olympia fore, quae non suo, ac legitimo tempore celebrarentur. Παρθενίῳ μὲν δὲ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ ἑορταίου ἐπισημαίνεται, καὶ ἄλλοις ἐστὶν ἡλίου Νέων ἀναβαλεῖσθαι αὐτῷ εἰς τὴν αὐτῆς ἡμέρας. Nam cum Olympiacis ludis legitimus annus proximè elapsus esset, Nero Elidensibus mandavit, ut illos in adventum suum differrent. Hac mens est & interpretatio Philostrati. Olympias cxxi. anno Urbis conditae dcccxxviii. Christi lxxv. celebrari debuit, quo Neronis annus imperii xlii. inchoatus est. At is, qui sequente anno navigaturus erat in Græciam, differri in illud tempus voluit. quod & factum est. Itaque anno Christi lxxv. & quidem legitimo, nulla ludorum commissio fuit. Unde castigandus Eusebius: qui in Chronico vicorem illo anno Neronem in Olympiade facit. Melius ad annum sequentem: Quidam, inquit, codices habent, quod cxxi. Olympias aetia non est, Nerone in suam praesentiam differente. Hinc Pausanias Phocicis, Olympiadem cxxi. unam ex omnibus in Eleorum monumentis praetermissam memorat. Quod unam ex omnibus praetermissam hanc esse dicit, mirum valde est. Nam & viii. & xxxiv. & civ. ē catalogo expunctas esse, & ἀπολυμπιάδων vocatas idem Scripserat Elic. ii. Anideo illa repudiata sunt, quia legitima non erant, nec ab idoneis moderatoribus administrata; earumdem tamen nonnulla in commentariis facta mentio cum ea ἡ ἀπολυμπιάδων nota. at cxxi. quia nulla penitus fuit, funditus est omisssa? Utcumque

Utrumque res habet, Philostrati locus ille novae opinionioni non favet. Sed Interpretis hallucinatio colorem ei aliquid dedit. Vertit enim: Cum enim consuetudo exigat, ut circa anni finem Ludi celebrantur. Legisse videtur ἀπολυμπιάδων, ut illud nescio quid exfulperet de anni exitu. pro eruditum virum in fraudem impulit.

Quarto Thucydides lib. v. sub finem anni xii. scribit, Argivos, sociisque post Olympia Corinthum pervenisse, ut sodus inirent: venisse eodem & Lacedaemoniorum legatos: cūque frustra sermones haberentur, domum quemque suam rediisse. In hisaetate expirasse. Cū igitur modico intervallo urbes illae distarent, & perexigui temporis iter esset, non longè post Olympia annus ille defuisse videtur. Verum gratis ita concluditur. Hoc enim probabilius est, quòd secundum Olympia nihil aetate reliqua memorabile gestum esset, statim exitum anni subiectis Thucydidem. Hic est autem annus, quo Olympias xc. celebrata est; à qua Lacedaemonii ab Eleis exclusi sunt, quòd per Olympicas inducias, quae per Græciam instantibus ludis denunciari solebant, Lepreum occupasset: ut ad annum Per. Jul. 4294. libro xlii. notavimus: ubi corrigendum, quod errore librarii mendam irrepisset; scribendumque, Lacedaemonii ab Eleis à certamine Olympico fuisse exclusi.

Denique Ciceronis ex lib. xv. Epist. ad Atticum testimonio se tueri. Nam Epist. xxiv. Eriam, inquit, scribe, quo die Olympia, cum Mystra silices. Idem libro xvi. Epist. vii. ita loquitur. Nam xv. Kal. Sept. cum venissem Veliam, Brutus audivit. Mox latatos ait amicos esse suos, quòd in Græciam minime trajecisset. quòd eam vituperationem effugissem, me existimari ad Olympia. Hoc vero nihil turpius quovis Reip. tempore. Hinc apparet, inquit, Olympia post diem xvi. Kal. Sept. acta fuisse. Nam Olympia Graeca sunt, non arcana illa nescio quae ab Scalligero conficta; ut & nos lib. ii. cap. lxxii. demonstravimus. Quare Plenilunio Boëdromionis, quod anno Juliano secundo, (quo Caesar occisus, & Epistolas istas scripsit Cicero) in vi. Kal. Octob. incidit, Olympici ludi in Gracia commissi sunt. Haec ille.

Verum nullus est locus, qui novissimis conjecturae falsitatem; communis autem, ac receptae fidei validius adstruat, quam qui ex illis Ciceronis Epistolis ab erudito viro proferuntur. Scripta est xxiv. ad Atticum Epistola libri xv. mense Junio, id est ante Kalendas Quinctiles, anno secundo Juliano, cum Roma profectus Cicero in Italia dubius haereret, & equid navigaret in Græciam. Itaque prid. Kal. inde, ubi scribebat, abire velle dicit. Has vero Quinctiles esse significat Epistola sequenti. Ego, inquit, itineris sic composueram; ut Non. Quint. Puteolis essem. Nam vi. Non. hanc ex Arpinati dedit. Postremam lib. xv. quae est xxviii. scripsit pridie Nonas Quinct. In sequente vero, quae est prima lib. xvi. Nonis, ait, Quinct. veni in Puteolanum. In secunda libri ejusdem xvi. Sexto, inquit, Idus duas Epistolas accepi. Hic Quinctilis est mensis; ut ex iv. colligitur. Jam Epistola v. eodem mense Quinctilis data; & ante Kal. Sextiles. Quippe in vi. ita scribit. Nonimamea, per deos, expedi; exsolve bella reliqui, sed opus est diligentia. coheredibus pro Cluviano Kal. Sept. perfolutum ut sit. Atqui antecedente, id est v. de Olympicis ludis jam transactis ita loquitur. Sed tamen rumoris nescio quid afflaverat, commissione Graecorum frequentiam non fuisse, quae quidem me minime sefellit. Scis enim quid ego de Graecis ludis existimem. Ergo Julio mense jam Olympici ludi consecrarent. Proinde quod Epist. vii. libri ejusdem xvi. scribit se xvi. Kal. Sept. cum venisset Veliam, à Bruto esse laudatum, quod in Græciam non trajecisset, ne ad Olympia navigasse putaretur, de ludis jam absolutis, non futuris loquitur. Quod autem hac eadem in Epistola subjungit, se vero Austro gratias miras agere, quòd se à tanta infamia averterit, Aultrum autem illum intelligit, quo se viii. Id. Sext. rejectum scriperat ad Leucopetiam: hujus infamiae nomen non ad illam opinionem pertinet, quam effugisse dicit, ut existimaretur ad Olympia profectus: sed ad alteram illam, quod desperatam patriam reliquisset videretur. Ita nihil erit necessè Sextili mense ludos Olympicos celebratos dicere. Hanc loci hujus sententiam ei praefertimus, quam lib. ii. cap. lxxii. tradidimus: ubi restati illo aultri prohibuit, quo minus ad Olympicos ludos accederet, Ciceronem fuisse diximus. Anno Per. Jul. 4670. Juliano secundo, Novilunium contigit Junii xvi. hora

6, 5', 51". ex Parisinis tabulis. Plenilunium autem Kalendis Julis hora 0, 27', 53". Itaque Kalendis circiter Sextilibus, hoc est plenilunio, Olympia celebrata fuerint: aut ad summum exeunte Julio, si Elidensis anni Neomenia numquam Solsitium antecesserit. Boëdromione verò, vel vi. Kalend. Octob. nullo modo contigit.

Cujus rei tria argumenta dabimus necessaria, & profusè ab eo nescio. Primum ex Herodoto; alterum ex Censorino; tertium ex Plutarcho duemus. Herodotus lib. vii. pag. 252. scribit statim in eunte vere Xerxem Sardibus profectum, ut Hellepontum trajiceret. quem & diebus septem cum exercitu transmisit: ut pag. 256. memorat. Idem porro lib. vii. pag. 302. refert mense post Ἀγέσων quarto, Persas in Atticam pervenisse: hoc est mensem circiter unum ad Hellepontum moratos esse: tum post tres alios in Atticam venisse. Quare Augusto circiter mense Xerxes Atticam petit. Antequam autem eo veniret, Olympia jam celebrata fuerant. Nam post consilium ad Thermopylas sciscitanti de transfugis Xerxi quid rerum ageret Graeci, responsum est, οἱ Ὀλυμπία Ἀγέσων, ἡ θεοῦ δόξα γυμνικῶν, ἡ ἱππικῶν, εἰς Ὀλυμπία celebrare, ac certamen gymnicum, & equestre spectare. Secundum haec in Doriem, ac Phocidem & Boëotiam traductus est exercitus; & mox interim aliquantum fuit. Unde si rectè calculum posueris, invenies Julio mense ludos Olympicos commissos fuisse. Neomenia lunaris anno illo contigit Julii vi. hora 7, 12', 19". post mediam noctem Lutetiae. Plenilunium Julii xxi. hora 1, 34', 21". Circa hoc tempus agones obiti sunt. Boëdromione verò, quod nova conjectura statuit, celebrari non poterunt. Pugnatum est enim ad Salamina Boëdromionis xx. ut ex Herodoto, & Plutarcho demonstratum est lib. x. cap. xxiv. quo tempore Gracia omnis in propulsandos ab aris foecisque suis barbaros intenta ludis istis vocare non potuit. Alterum argumentum ē Censorino non minus rem conficit. Scripsit is anno Christi cxxxviii. uti libro ix. cap. xlii. declaravimus, & Virille doctus fatetur Diatribae suae cap. v. At hoc ipso anno cepisse dicit annum Urbis nongentesimum nonagesimum primum, Aetiacum Aegyptiorum ducentesimum sexagesimum septimum: (cujusmodi annis initium dat xxx. dies Augusti, in qua Thoth civilis defixus est) nec non Julianum ducentesimum octuagesimum tertium. Annus primus Aetiacus Aegyptiorum cepit anno Juliano decimo sexto, Urbis ex Varroniana putatione, septingentesimum vicesimo quarto; uti libro x. cap. lxxix. docuimus. Demptis igitur quindecim annis de ducentis octoginta tribus Julianis, restant ducenti sexaginta octo. Proinde anno Juliano cclxxxviii. hoc est Christi cxxxviii. inire debuit annus Aetiacus cclxxviii. Unde Censorinum necesse est librum suum scripsisse labente adhuc anno Aetiaco cclxxviii. adeoque ante xxix. Augusti, à quo cclxxviii. inii. Atqui jam Olympicus annus millesimus decimus quartus, sive Olympiade ccliv. secundus ex diebus aetivis inerat, quibus agon Olympicus, ait idem, celebratur. Igitur dies illi aetivi, adeoque ludorum commissio Septembrem, & Boëdromionem antecessit.

Quamquam ad illud persuadendum satis esse poterat ipsa dierum aetivorum, qua Censorinus utitur, vel aetivis appellatio. quam Livius adhibet lib. xxvii. cum ita scribit; Olympia ludicrum ea aetate futurum erat, quod maximo curu Gracia celebratur. Neque enim profectò aetas aliud quam aetatem significat. Quod enim Thucydides exemplo vir se doctustuerit, id alienissimum est. Hic enim historicus cum Peloponnesiacum bellum describeret, & quid anno quoque belli gestum esset memoriae commendare vellet, annorum singulorum inde sumpsit exordium, unde bellum ipsum inchoatum erat. Id autem in eunte vere susceptum est: ut lib. ii. initio refert, duobus mensibus ante exitum anni Attici. At ceteri cum aetivo tempore celebrari dicunt Olympiaca certamina, id ipsum significant, quod & Staius i. Silv. in Tiburtino Manlii Vopisci iis verbis adumbravit.

— Piseumque domus non aetivat annum.

Sic enim frigidum illud esse domicilium indicat, neque aetivum illic aërem esse: cuiusmodi in Elide tunc est, cum Olympia celebrantur.

Thucydides locus expenditur.

Ciceronis locus illustratur.

Quibus argumentis aetivum tempus aetivum veretur. quae Juliani refertur.

Phil. Strabon. Cassiod. illustratur.

Pag. 57.

Pag. 58.

Utcumque

Ostenditur aetivum tempore celebrata Olympia.

Herod. lib. vii. pag. 298.

Tertium argumentum est. Plutarchus Alexandrum scribit natum esse Hecatombronis sexto die: atque eodem tempore Philippo regi nunciatum ejus ortum, & victoriam Olympicis ludis singulari equo reportatam. Igitur in Hecatombronem ludicrum illud incurrit. At is sub ipsum Solstitium æstivum incidit. Nemo ergo deinceps dubitet, quin agones isti æstivo tempore, & sub Solstitium; non autumno celebrati fuerint.

CAPUT XLIX.

De Ægyptiorum quadrienniis, quod Piriomides fuerint, de quo in ejusdem viri docti conjectatio discutitur, qui Piriomidas totidem quadrienniis respondere creditur: quod ipsum refutatur. Herodotus illustratur.

RELIQUA sunt ex eadem Viri docti disertatione, quorum mentionem facit Herodotus, ad hæc quadriennia transferri. Ac novum sanè, & peregrinum est, quod super hæc Herodoti narratione disputatur. Id ut intelligi possit, exponam breviter quæ apud Herodotum Libro II. referuntur.

Scribit Herodotus à primo Ægyptiorum rege ad Sethon regem Vulcanicæ Sacerdotem; contra quem Sanacharibus Arabum, Assyriorumque rex bellum gessit; trecentas quadraginta & unam γενεάς intercessisse, ut Ægyptii produnt: & in partem Αρχιερέας, & Βασιλείας εκατέρωθεν πόλιος ἑπορεύθη. Et in his Pontifices totidem, totidemque reges existisse. Atqui, subjicit, trecentæ progenies decem annorum millia conficiunt. Quippe tres virorum progenies centum anni sunt. Porro una & quadraginta reliquæ sunt anni mille trecenti quadraginta. Ita totis undecim millibus annorum, ac trecentis & quadraginta regnatum in Ægypto dicebant à mortalibus, non autem à Diis. Cum autem Hecateus historicus Thebas Ægyptias venisset, & originem suam ad Deum, à quo decimum sextum se numerabat, referret: Ægyptii sacerdotes (quod & sibi fecisse qui ista memoriæ prodidit, Herodotus narrat) Hecateum in ædem quamdam deduxerunt, in qua colossi lignei totidem erant, quot dictum est; nempe cccxli. Αρχιερέας δὲ ἕκαστος ἀνέβη ἐπὶ τὸν θεὸν ἕως ἐξήκοντα ἑωσπύ. Nam Pontifices singulis suam illic statuam, dum vivunt, erigere solent. Perperam hæc Interpretis ita vertit. Ibi namque stabant Pontifices sub imagine vitæ, qua quisque vixerat. Has itaque statuas singillatim enumerantes, & monstrantes, unumquemque patris sui filium esse dicebant; & initio ab eo, qui obierat proxime, facto, percurrerant omnes, φάσμα ἕκαστον δὲ ὑπολαβὼν Πλεγμαίν ἐν Πιερίῳ ἔχοντα. Dicentes unumquemque colossorum Piriomum ex Piriomi progenitum esse. Est autem Piriomis idem quod probus, & honestus. Hac ratione docebant Hecateum mortales ex mortalibus, non Diis esse procreatos. Ἡ δὲ αὖ ἦν αἰ εἰδόντες ἕκαστον ἀπέδεικνυσαν εἰς τὴν πόλιν ἑόντας, ἧσαν δὲ ποσσὶν ἀπαρτάζοντες. Cujusmodi ergo fuerant ii, quorum indicabant imagines; tales se ipsos esse dicebant, & à Diis valde differentes. Hæc Herodotus. Hic Disertationis auctor Piriomes, sive colossos regum ligneos tot fuisse putat, quot sine bifextili quadriennia præterierant: ita ut mystica quadam ratione diei unius defectum præsentarent. Hoc modo ad Hecatei tempora trecenti quadraginta quinque Piriomides erant, qui annos efficiunt mcccxxx. Jam verò Diodorus Siculus lib. I. reges Ægyptiorum ad sua tempora numerat cccclxxv. ex quo colligas ab Hecateo ad Diodorum reges fuisse cxxx. Vixit enim Hecateus quali cum Amasii; qui Olympiade XLIX. rex factus est. Diodorus in Ægyptum venit Olympiade cxxx. regnante Ptolemæo Auletæ, qui & Bacchus cognominatus est. Unde Hecateum inter & Diodorum anni sunt dxx. Atqui reges tantummodo numerantur interim xxxlii.

Igitur cxxx. reges isti Piriomes sunt, & quadriennia. Nam quater cxxx. conficiunt dxx. Ita vir eruditus.

Verum nova hæc observatio coherere nullo modo potest. Non illud urgeo, gratis hoc, & sine auctoritate scriptoris ullius assumi; Piriom esse quadriennium. hoc dico, tam alienum ab Herodoti mente, & narratione totum illud esse, nihil ut amplius possit. Docet Herodotus Ægyptios sacerdotes à primo rege, qui proxime post Deos in Ægypto regnavit, numerasse γενεάς trecentas quadraginta & unam ad usque Sethon Vulcani sacerdotem, cui cum Sennacheribo rege Assyriorum bellum exitit. Hunc verò Sennacheribum illum esse, qui Ezechia tempore vixit, minime dubium est. Nam tempora consentiunt Sennacheribi in Palastinam expeditio in annum incidit xlv. Ezechia, qui est tertius Olympiadis xvi. Per Jul. 4000. quo & Numa Pompilius iniiit, uti nos arbitramur. Ab hoc tempore ad Amasii initium; quod anno IV. Olympiadis LII. ex Herodoti ratiocinio contigit, ac Per. Jul. 4145. anni sunt cxxlv. Hecateus porro Aristagora Mileisii imperante floruit, ut est apud Herodotum in calce libri v. sub Dario Hytaspis filio, Olympiade circiter lxx. anno Per. Jul. 4214. ad quod tempus ab Sennacheribi clade anni interjecti sunt cxxiv. Atqui si vera est nova illa conjectura, non amplius xvi. annorum intervallum fuit. Siquidem γενεά cccxli. ab initio regum Ægypti ad Sethon Vulcani sacerdotem evoluitur fuit, ut ait Herodotus. ἔλαρον, inquit, Σαδοκωνίτης Σαδὸς ἑσπόμενος βασιλείας ἐπὶ τὴν πόλιν ἔστη ἡ ἀλλοτρίων βασιλεύσαντων, μάλιστα δὲ ποσειδάωνος, ἡ τελευτήσας ἀνθρώπων γενεάς γενεάβιον. Narrabant à primo rege ad Vulcani sacerdotem, qui postremo loco regnavit, trecentas quadraginta unam exelatas fuisse progenies. Cum igitur paullò post dicat Hecatei tempore Piriomidas numeratos fuisse cccxlv. quatuor omnino sunt à Setho Vulcani sacerdote ad Hecateum: adeoque anni xvi. si Piriomis merum quadriennium est. Sed neque ab Hecateo ad Diodori adventum in Ægyptum anni sunt dxx. Etenim Olympias cxxx. qua Diodorus eò profectus est, incurrit in annum Per. Jul. 4654. Demptis 520. residuus est annus Per. Jul. 4134 qui est octogesimo ante annum illum, quo Hecateus ab Aristagora in consilium adhibitus esse scribit Herodotus. Quare nondum natus erat Hecateus annis ante profectioem Diodori quingentis & viginti proindeque Piriomides cxxx. sive quadriennia totidem putari ab Hecateo ad Diodorum minime poterunt. Quid quod Diodorus ipse longè alia memorat, quam quæ ab erudito viro illi tribuuntur? Non enim reges universè dicit in Ægypto regnasse cccclxxv. ad sua tempora. sed indigenas dumtaxat totidem fuisse. præter quos Æthiopes quatuor annis xxxvi. imperarunt. tum Persæ à Cambyse annis cxxx. ac postremo Macedones. Itaque si ad indigenas cccclxxv. reliquos indigenas adjeceris, consistit ab initio regni Ægyptii, ad Olympiadem cxxx. amplius cccclxxv. Verba Diodori. τὸς δὲ λοιπὸς χρόνος ἀπαντὸς Ἰσθμητικῆς βασιλευσάντος δὲ ἡγεγὸς ἑλληνικῆς ἀνδρὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔστην, αὐτὸς τὸν ποσειδάωνος, ἡρωϊκῆς δὲ γενεῆς. Reliquis temporibus (demptis videlicet Persis & Græcis) regnasse porro indigenas, viros cccclxx. cum quinque mulieribus. Ita novæ conjecturae robur ac firmitatem evertitur. Sed ut ad Herodotum revertar; animadvertendum est statuas istas, quibus Piriomides vocabulum accommodabant, non regum propriæ fuisse, sed Pontificum; si Herodoti verba diligentius explorentur. Nam refert Pontifices, dum viverent, statuam sibi consuevit ponere. Quamquam autem ad Sethon usque totidem Pontifices quot reges numeratos esse dixerit; tamen inde ad Hecatei tempora plures omnino reges, quam Pontifices vixerunt. Hi enim quatuor dumtaxat fuerunt; si verè scripsit colossos cccxlv. tum percentsos esse. reges autem multò plures existerunt. Quod verò ad Sethon usque, quasi ex compacto; Pontifices totidem quot reges fuisse dicantur; id sic accidere potuit, ut non omnes utrobique parem a. norum numerum in dignitate confecerint. (Hoc enim περὶ δόξων est.) Sed ut compensatione facta eò calculus redigatur annum. Ut si, exempli causâ, Pontifices aliqui ditius in magistratu fuerint quam æquales principes, postea reges alii Pontificum quorundam intervalla superarint. Quam-

Piriomides non esse quadriennium.

Page 60. Note.

Quamquam de regibus colossos illos ligneos Synefius accepit lib. I. de Providentia. Οὐ δὲ ἀμετρίως, inquit, ἀρχαῖοι μνηστὴς καὶ ἐν θεοῖς αὐτῶν βασιλεύσαντων, καὶ ἐν αὐτῶν ἀνθρώπων ἀρχαῖων ἡ γὰρ, ἡ ἡρωϊκῆς γενεῆς βασιλείας Πιερίου ἐν Πιερίῳ ἔσται. Nec enim Ægyptiis incredibile est, infinita apud se nomina singillatim imperasse, prout quæ ad mortales regionis pervenisset imperium, regumque genus à majoribus ut Piriomidas à Piriomide conferretur. Nam quod alicui venire possit in mentem, reges Ægyptiorum eosdem & Pontifices fuisse, id est fallum. Ambos enim distinguit Herodotus eodem libro pag. 65. ἑστὶν αὖ ἡ ἐξ ἑσπόμενος δὲ θεῶν. ἀλλὰ ποσσὶν, ἡ ἐπὶ τὴν πόλιν ἔστην ἡ δὲ ποσσὶν ἑσπόμενος. Sacerdotio porro non unus enibet Deo; sed plures funguntur, quorum Pontifex unus est. Is ubi deceperit, in ejus locum filius succedit. Diodorus insuper lib. I. pag. 44. in fine discernit ἀρχιερέας ab rege. Ut patet ex ordine Sacerdotali reges allumerentur, ut ex Platone & Plutarcho ad Synefium observabamus.

CAPUT L.

De Roma conditu, sive primis Palilibus Urbis. Scaligeriana doctrina summa ex lib. v. Emend. pag. 362.

PRIMUM Romanorum omnium M. Porcius Cato ex Censoriis tabulis collegit annum primorum Consulum creatorum, & Regifugii; & inde retrò dinumeratis annis cccxlv. per quæ Roma regnatum est à VII. Regibus, pervenit ad initia Urbis. Reperit enim in Censoriis tabulis, anno penultimo ante captam à Gallis urbem, Iulium Romæ actum, Valerio Potito, & Mallio Capitolino Coss. anno post exactos reges centesimo undeciesimo; adeo ut in anno capte Urbis Dionysio teste sit centesimus vicefimus primus. Jam Cato annos à Romulo ad exactos reges numerabat cccxliiii. Varro cccxlv. Et quia immutabilis est annus primorum Coss. validissime ex Censoriis tabulis demonstratur, qui incidit in annum Iphiti cccxlv. currentem; hinc sequitur secundum Catonem Romam conditam anno Iphiti xxiv. duobus mensibus ante initium xxv. secundum Varronem anno Iphiti xxiiii. tertio Olymp. vi. Hinc quasi in factiones duas res discessit, ut altera Pallia sint Catoniana, altera Varroniana. Varronis auctoritas plures sectatores habuit. Subjicit iis aliquot exempla Scaliger; quibus utramque computandi rationem experitur, de quibus agetur postea. Tum illud adjicit: Plutarchum & anno Iphiti xxxiii. condi captam Urbem asserere, & quo die primum jacta sint fundamenta, Solem defecisse. Sed falso. Nam nulla, inquit, tum Eclipsis fuit. Reliqua partim rectè, partim scilicet ab Scaligero disputata in Elencho discutientur.

CAPUT LI.

De duplici Urbis epocha. quarum alteram Catoni falso & à Scaligero & à plerisque tributam asseritur.

EX innumeris de Urbis natali sententiis celeberrimæ sunt imprimis duæ; quarum una conditam Urbem statuit anno Olympiadis sextæ quarto; altera ejusdem Olympiadis tertio. Posterioris auctor est, ut Plutarchus asserit, Varro: prioris Verrius Flaccus, in Fallis Capitolinis. Scaliger priorem Catonianam identidem appellat, & ut ita nominaret, omnibus ferè hæc atate perstasit. In quo tam ipsum, quam eos, qui ἀκαταρίτως illius auctoritatem sunt secuti, deceptos esse non dubito. Quæ enim conjectura istius occasio fatis firma sit, non video: & contrarium ex eo ipso firmamento, quo nititur, perspicue demonstratur. Etenim Cato nullum certum Olympiadis definit annum, quo Roma condita fuerit: sed hoc unum memoriæ prodidit, quod refert Dionysius lib. I. posteriorem esse Romam excidio Trojano annis quadringentis triginta duobus. Ex quo variè licet argumentari, & diversos annos colligere, pro eo atque Trojanum excidium locaveris. Nam de hujus anno plurimum inter se Scriptores discrepant, ut in ejus epocha docuimus. Quare cum nihil existeret à Catone scriptum, unde explorari possit, quot annis Olym-

Page 61. Note.

piadem primam antecessisse velit Trojanae urbis excidium, temerè, ac præter Catonis mentem annus Iphiti vicefimus quartus à Scaligero computatur. Et verò perspicua est hac in re hominis occisiantia. Siquidem Trojanam ἀλωσιν anno refert accidisse Periodi Julianæ 3531. Numeretur hic annus primus post excidium à Solstitio ceptus. Quippe sub anni finem urbs est capta. Igitur quadringentesimus tricessimus secundus inibit anno 3962. à Solstitio æstivo: cùmque Roma condita sit Palilibus, quæ verno tempore, & ante Solstitium ponuntur, rejiciendus est in sequentem annum 3963. ejus conditus. Ita videlicet anno primo septima Olympiadis sive quinto & vicefimo Iphiti exente condita fuerit, biennio post Varronis epocham.

Nec aliter Dionysius Halicarnassensis ex Catone concludit. Qui cùm ejus opinionem, quam modo retuli, commemorasset, Urbem annis cccxxxii. posteriorem esse Trojana clade; subjicit, ex Canonibus Eratosthenis congruere tempus in annum primum Olympiadis septimæ. ἔπειτα, inquit, Σαφάνης δὲ αὐτὸν ἔρεσκεν, ἡ περὶ τῶν ἀρχαίων ἀρχαίων ἡ Πικανῶν. ὁ δὲ ἔρεσκεν ὅτις ἀναμετρήσει τὰς Ἐρατοσθένους χρονολογίας, ἡ τὸ πῶτον ἐπὶ τῆς ἰσθμίας Ὀλυμπιάδος. Annis quadringentis triginta duobus Trojana clade posteriorem Urbis conditum fuit. Quod tempus ad Canones Eratosthenis Chronicos exactum in annum primum incidit Olympiadis septimæ. Ex nostra quidem, & sine dubio probabilior sententia, quæ Trojanam calamitatem anno ante Scaligerianam epocham collocat, nempe Julianæ Periodi 3530. adamum quædrat annus ab excidio quadringentesimus tricessimus secundus anno Iphiti xxiv. qui defuit anno Periodi Julianæ 3962. Cùm Scaligeri verò sententia nullo pacto convenit. Quocirca quæ fuerit Catonis opinio de Olympiadis anno penitus incertum est, quamdiu non constat quem in annum ante primam Olympiadem Trojanam cladem contulerit. Dionysius porro, qui anno primo Olymp. vii. jacta urbis fundamenta credit, non ex Catonis auctoritate, sed ex Eratosthenis Canonibus, & hypothesibus ita ratiocinatus est, ut in annum caderet urbis conditus Iphiti xxv. Quæ ratione Trojanum excidium incidit in annum Periodi Julianæ 3531. Verum Dionysius aliud sentit; aliud argumentis suis, ac reliqua ratione demonstrat. Hujus enim disputatio eò inferè rem adducit, ut in annum Iphiti xxiv. hoc est quartum Olympiadis vi. Urbis initia concurrant; quod subinde constabit. Verumtamen ex hac hallucinatione Dionysii, affirmari non debet Catonem anno Iphiti xxiv. Urbis conditum illigasse; ut Catoniana ob id epocha illa dici meruerit. Onufrius certè inter eos Scriptores, qui anno primo vii. Olympiadis Romam ædificari ceptam putarunt, Catonem recenset. Quod utrum Cato in opinione sua posuerit, nemini exploratum esse potest. Quid si enim Trojanum excidium quinque aut sex annis, aut pluribus, infra nostram vel Scaligerianam epocham summovit, ut esset annus iste Periodi Julianæ 3536. vel 3537. tum postea Consulibus aliquot expunctis, eadem, qua Trojanam ἀλωσιν, proportionè Pallia prima tardius locaverit? Nam & Onufrius L. Cincii, & Fabii Pictoris opinionem reliquis anteponit, qui Romam conditam assererant anno primo Olympiadis octavæ, & quinque annos de ferè Fastorum vulgari expungebant. Quamobrem desinant eruditi deinceps homines Scaligerum secuti Catoniana illa vocare Pallia, quæ anno uno Varronianis posteriora sunt.

Catonis opinio unde collecta.

Dionysii hallucinatio.

Quinetiam vel illud falso, vel temerè, ac sine argumento ullo Catoni Scaliger attribuit; quod ex anno Consulum illorum, qui ante captam à Gallis Urbem penultimo loco censentur, ex tabulis Censoriis eruto, ad Urbis initia perveniret. Nam neque Catonem hæc methodo progressum Dionysius affirmat; sed ipse potius usum se illa esse significat; de qua mox viderimus; & Scaliger ipse paucis interjectis verbis, contraria de Catone, & Varrone subjicit. Nam quomodo, inquit, & ipse, & Varro, qui hæc postea diligentius perpendit, illud tempus exploraverint, nemo in literas retulit. Si via & methodo, qua M. Cato illius temporis rationem indagaverit, à nemine prodita est; unde scire potuit Scaliger, annum illum post exactos reges centesimum, & vicefimum primum à Catone esse numeratum, quo Galli Urbem occuparunt? aut eundem ducentos quadraginta tres annos Regibus imputasse? Quis ista de



